

maximè probator : & ait : Expiata est caro Domini ab Spiritu sancto in Virgine , ut in tali corpore nasceretur , quale fuit corpus Adæ ante peccatum. Quibus verbis indicat carnem Virginis expiatam , ac purificatam fuisse ad generationem mundissimi corporis Christi J. E. S. U. , quæ ita sunt accipienda , ut tota Virginis caro fuerit summè mundata , ut inde corpus Christi conciperetur mundissimum , absque ulla labe originali , ut ante peccatum fuit formatum corpus Adami.

111. Quare D. Ildephonsus Archiep. Toletan. qui floruit an. 660. serm. de purificat. & paruit. Maria ait : Ergo in qua claustrum pudoris integrum permansit , nulla disruptio intererit nulla vexatio carnis , nulla fœditas diræ conditionis , ei in qua vexilla virtutum micarunt , nullum peccatum primæ originis , ut cruciaretur , viguit. Quæ verba absque ulla explicatione nostram sententiam aperte indicant.

112. Idem affirmat Sanctus Praesul. lib. de perpetua virginitate Mariae , docens quomodo Ecclesia celebrat Nativitatem Virginis Mariae , subdit : Quia auctoritate totius Ecclesiae , veneratur ejus navitas , constat eam ab omni originali peccato immunem fuisse. Et statim pergit : Nullis ergo quando nata est delictis subjacuit , nec originale peccatum in utero sanctificata contraxit. Quæ verba contendit Vasquez tom. 2. ad 3. p. cap. 3. ad finem , quod solum probant sanctificationem Virginis in sua nativitate , non verò in Conceptione : sed cum Sanctus Doctor dicat quod in utero originale peccatum sanctificata non contraxerit , sine dubio de Conceptione loquitur , ut ostendat , quod ejus navitas fuerit cum gratia , & sanctitate , hoc aliis ab ejus Conceptione ostendit , & idem pro nostra sententia hunc locum adducunt Catharin. Cathag. Castro. Oieda. Lezana.

113. Quinto D. Isidorus in Officio Ecclesiastico ab ipso composito jussu Concilii IV. Tolatani quod postea Hispani dicunt Mazarabe in die 8. Decembris in festo Conceptionis Deiparæ in una ex ultimis orationibus dicitur : Domine JESU Christe , qui sic Virginem Matrem honorificasti quousque Conceptionis ejus gratia eam coram te suffragaticem invenimus , &c. & hoc ipsum sæpè reperitur in eodem Officio ab ipso composito , ut supra dixi q. 2. n. 71.

114. Sexto D. Anselm. qui floruit an. 1080. in 2. ad Cor. c. 5. ad illa verba ergo Omnes in Adam peccaverunt , sic scribit Omnes itaque mortui sunt in peccatis , nemine prorsus excepto dempta Matre Dei , sine originalibus , sine voluntate additis. Et lib. de conceptu Virg. c. 18. sic ait : Quia decebat , ut illius hominis conceptio de matre purissima fieret , decens enim erat , ut ea puritate , qua major sub Deo nequit intelligi , Virgo illa niseret. Ex quibus verbis Thomas in 1. sentent. dist. 44. q. 1. art. 3. ad 3. colligit B. Virginem ab originali fuisse liberatam , & ipse D. Anselm. instituit festum Concept. in Anglia , ut supra dixi q. 11. n. 69.

115. Septimo D. Maxim. qui floruit an. 420. in serm. de Virgin. sic ait : Hæc porta clausa que fuit admirabilis Dei thalamus , celeste templum , tabernaculum gloriæ ; de quo speciosus prodit sponsus : lux gentium , spes fidelium , cõdecen- ter , & congrue nulla macula originali contamina- ta. Quæ verba ita sunt clara ut non indi-

egant expositione ; de ejus multum agit Petrus de Morales de Christo , & Virg. lib. 3. tract. 1. Morales. pag. 280. in fine.

116. Octavo D. Bernard. an. 1130. sermo 4. in Salve Regina. qui fertur inter ejus opera , sic habet Tu nasus Ecclesie , similis turri excelsa , videlicet dignitate , firma gravitate turris Libani. Libanus , mons quidem dicitur dealbatio , altam præ omnibus signat innocentiam tuam : innocens fuisti ab originalibus , & actualibus peccatis : nero ita præter te. Et idem habet serm. 13. de Cœna Domini , adducens regulam D. Augusti- ni , De Maria cum de peccatis agitur nullam prorsus volo habere questionem.

117. Nono Sanctissimus Pater Dominicus illustri- ssimi Ordinis Prædicatorum , institutor , & Auctor , qui floruit anno 1200. in tractatu de corpore Christi , quem contra hæreticos Albanenses scripsit , hæc verba protulit : Sicut primus Adamus fuit ex terra Virgine , nunquam maledicta formatus ita dicitur in secundo Adamo fieri scilicet Christo : ejus terra , id est Mater Virgo nunquam fuit maledicta , Malveda lib. de Paradiso c. 6. ait tractatum illum non esse D. Dominici , quia nec Vincentius , nec Antonius , nec Theodoricus de Apoldia , nec alii talis libri unquam meminerunt , ut ille ait.

118. Sed fallitur bonus Auctor , nam quod talis liber fuisset compositus à Sancto Patriarcha Dominico testantur Vincentius Bellocacensis Episcopus ( qui post Sanctum Dominicum obiit annis 35. ) in suo speculo historiali , lib. 19. cap. 96. Theodoricus Apoldia in vita Sancti Dominici , lib. 1. cap. 6. Sanct. Antonin. 3. part. tit. 19. c. 1. §. 2. & Antonius de Curato , Galatinus , Canisius , & plures alii , quos refert Pineda in serm. de Concept. Virg. §. 7. & plures Oieda in defensione , c. 7. fo. 18. p. 1. ubi affirmat de tali libro fieri mentionem in quodam antiquo Officio S. Dominici unde ad ejus illustri- ssimos filios dicam id quod ait Isaias 52. Attendite ad Petram unde excissi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum. Suum Patrem Sanctum Dominicum.

119. Decimo Sequitur est B. Albertus Magnus D. Thomæ Magister c. 12. Luca , ad illa verba : Beatus venter qui te portavit , sic ait : Hic uteris est coccus , Sanctissima , est caro Beatae Mariae Virginis , que nunquam admisit aliquid sanctitati contrarium. Quod nunquam diceret Mag. Doctor si in illa inveniretur peccatum originale , jam enim admiserat aliquid contra sanctitatem.

120. Undecimo. Sanctus Vincentius Ferreira , qui suum Patrem Sanctum Dominicum secutus floruit anno 1420. serm. de Concept. Virg. in 3. p. fol. 7. col. 1. in fine , ait : Quando corpus gloriosa Virginis fuit organatum , & anima conjuncta corpori per creationem ; Altissimus sanctificavit tabernaculum suum Et serm. de Nativit. fol. 115. col. ait : Statim postquam corpus fuit formatum ; & anima creata tunc fuit sanctificata. in utroque loco illud adverbium , Tunc , sine ulla controversia denotat primum instans generationis , quæ facta fuit in ipso infusio- nis animæ instanti tunc primum fuit sanctificata , cum primum fuit genita.

121. Duodecimo. Divus Laurentius Justin. qui floruit anno 1430. in libro de Casto Connubio Dei & anima , c. 7. ait : Hæc est originalis pena delicti

delicti , à qua nemo , quamvis eximia polleat , sanctitate , liber exiit quotquot enim ex ipsa nati sunt propagine , exceptis dumtaxat mediatoro Christo IESU , ejus Matre , sub hac peccati lege sunt conditi. Et in libro de gradibus perfectionis c. 1. post medium , sic scribit : Ab originali delicto nullus excipitur præter illam que genuit Salvatorem. Et idem scribit in libro dicto , Fasciculus amoris , & in sermonibus Annuntiationis , & Nativitatis , & multis aliis locis.

122. Tertio de imo. D. Bern. Senen. Ordin. Minorum floruit an. 1430. tom. 5. serm. 2. qui est de salutat. Angelica art. 1. c. 1. in medio , pag. 386. col. 1. sic loquitur : Fuit Beata Virgo sine primo , id est sine tyranno concupiscentia peccati originali , quia sine eo concepta est , sicut teste Salomone Cant. 4. Dicimus , quia ait , Tota pulchra es amica mea , & macula non est in te , scilicet originali , idem habet tom. 4. serm. 42. post Pascha , & aliis locis.

123. Decimoquarto. Sapientissimus Idiota , qui suppresso proprio nomine , ira ob suam humilitatem vocari voluit , & inde merito inter Sanctos Patres refertor , floruit an. 800. lib. de contemplat. Virginis , jam supra à me datus , sic ait : Tota pulchra es Virgo gloriosissima non in parte , sed in toto & macula peccati sine mortalis , sine originalis , non est in te , nec unquam fuit , & cap. 6. sic ait : Invenisti Virgo Maria gratiam celestem : qua fuisti ab originali labe præservata , quæ verba valde præclara , totam rem dicunt , & optime explicant.

124. Decimoquinto. Petrus Damian. contempo- raneus D. Anselmi serm. de Assumptione Mariae , ait : Caro Virginis ex Adamo sumpta maculas Adæ non admisit , sed singularis continentie puritas in candorem lucis æternæ conversa est Ubi expressè docet nostram sententiam , quod sine peccato originali fuerit concepta , sed etiam , quod tanta gratia fuit donata , ut inde fieret principium omnium celestium donorum , & idem habet serm. 3. de Nativitate.

125. Decimo sexto. D. Bonav. Contemporaneus D. Thomæ quamvis in 3. dist. 3. contrariam sententiam tenere videatur , tamen jam senex , ut erat Virginis devotus serm. 2. de Beata Virg. ait : Fuisse pl. nam gratia proveniente in sua sanctificatione , gratia , scilicet præservativa contra fœditatem originalis culpæ , quam contraxisset , nisi speciali gratia præveniente præservata fuisset. Et statim subdit : Solus enim filius Virginis fuit ab originali culpa immunis , & ipsa mater ejus Virgo. Sicque multi alii Patres , quos satis longum esset referre.

QUESTIO XVII.

Veritas immaculatae Conceptionis probatur ex D. Thomæ , qui semper fuit firmus in hac sententia , & explicatur ejus mens.

126. IN confesso est apud omnes D. Thomam docuisse aliquando immunitatem Virg. Mariæ à peccato originali ex 1. dist. 10. q. 2. art. 4. & etiam in 4. dist. 44. q. 1. art. 3. ad 3. Ubi ostendit illam esse majorem puritate , quæ magis distat Sylveira Opuscula.

à culpa , subdit : Talis fuit puritas B. Mariæ quæ à peccato originali , & actuali immunis fuit. Et hoc etiam liquet ex ejus Commentario in epistolam ad Galatas , lectione 6. ubi sic inquit : Virum de mille unum reperiri , qui esset sine omni peccato. Mulierem autem non inveniri , quæ a peccato omnino immunis esset ad minus originali , vel veniali excipitur purissima , & omni laude dignissima Virgo Maria.

127. Bene advertit P. Andreas Mendo ex Societate Jesu lib. de jure Academico in appendice de Mendo. jure Academiae fol. 467. col. 2. Quod hæc verba habentur ex Comentariorum prælo excussis Parisiis an. 1529. & an. 1532. ac Venetiis anno 1555. Postea verò in editionibus ab anno 1590. expuncta fuerunt à Remigio Florentino illa verba : Excipitur purissima , & omni laude dignissima Maria. Probatur etiam hæc veritas ex opusculo ipsius D. Thomæ super salutationem Angelicam , ubi sic inquit : Ipsa scilicet Sancta Maria , purissima fuit , quantum ad omnem culpam , quia nec originale , nec mortale , nec veniale peccatum incurrit. Quod videns Petrus Bergomensis affirmat fuisse errorem præli. Si hoc subterfugium admittitur in omni libro nihil erit firmius , & certum.

128. Dicendum D. Thomam docuisse immunitatem Deiparæ à peccato originali , & nunquam hanc sententiam mutasse , aut retractasse , sed semper in illa firmus persistit. Ita Ioannes Bromiard. Bromiardus in summa prædicatorum , verb. Mariae , & adducit D. Thomam 3. p. q. 27. art. 2. & fuit Contemporaneus cum D. Thomæ , & be- Catharin. ne debet scire ejus mentem. Ambr Catharin. toan. à S. Thom. rinus tract. de concept. Fr. Ioannes à D. Thomæ tom. 1. in vnam partem , dist. 2. art. 2. fol. 161. vol. 1. conformat se D. Thomæ sensui Ecclesia sub hoc titulo. Et tres hi Auctores ex illustri familia Dominicana Stephanus à Porreca in 3. p. q. 27. art. 2. Dam. Franciscus de Aravia Episcopus Segovienis in 1. 2. quest. 8. artic. 3. Petrus de Alva in suo ventitabro Seraphico veniatis pro mysterio immaculate Conceptionis in Trivulatione pagina 120. Andreas Pinto Ramires tom. de Concept. post Anthologia 5. in examine Text. D. Thom. fol. 89. Andreas Mendo jam citatus.

129. Prima pars conclusionis patet ex proximè dictis , in exordio questionis , quod nempe D. Thomas docuit hanc sententiam de immu- D Thom. nitate Concept. quod in ea semper firmus steterit ; inde probatur , quia 3. p. hac q. 27. art. 4. in corpore docet , quod Deus eos , quos elegit , præparat , ac disponit ad id quod eliguntur. Iuxta illud Pauli 2. Cor. 3. Adoneos nos fecit mi- 2. Cor. 3. nistros Novi Testamenti ; atqui Sanctissima Virgo fuit destinata ad suprematum , & altam dignitatem Matris Dei , utque illis fieret dignum habitaculum ; ergo fuit destinata , & electa , ad summam , ac supremam puritatem , qua major de potentia ordinaria non datur ; ergo absque ullo peccato juxta doctrinam datam à Divo Thomæ , & hoc clarius patebit ex locorum D. Thomæ explicatione , quæ contra nos obijciuntur.

130. Primum , obijciuntur ex 1. 2. quest. 81. art. 3. ait S. Thom. Dicendum , quod secundum fidem Catholicam firmiter est tenendum , quod omnes homines præter solum Christum , ex Adam derivati , peccatum originale contrahunt : alioqui non amnes D. Thom. Y 7 8 indige

indigerent redemptione qua est per Christum, quod est erroneum; ergo cum S. Doctor solum ab illa communi regula contrahendi peccatum ab Adamo, excipiat Christum Dominum, videtur sub illa includere Sanctissimam Virginem, ac proinde quod contraxerit peccatum.

131. Argumentum nullius roboris est, quia à regula communi, & generali excipitur persona eminens, & privilegiata, v.g. ab illa lege universali lata contra mulieres in Eva: In dolore paries filios tuos. Genes. 3. excipitur Sanctissima Virgo ob suam eminentiam. Sic ait David Psal. 115. Omnis homo mendax, & tamen ab hac regula generali excipitur Christus Dominus, quia non erat parus homo, & etiam Sanctissima Virgo ob suam eximiam sanctitatem, de quo plura quest. 21. infra.

132. Majores difficultates in hac re insurgunt ex 3. p. q. 27. art. 2. de Sanctificatione Virginis: ubi ait S. Doctor. in corpore, quod Sanctificatio Virginis non potest intelligi, ante ejus animationem, quia sanctificatio supponit subjectum, in quo fiat, & recipiatur. Respondeo, quod et si sanctificatio possit dari tempore post animationem, tamen bene potest fieri à Deo in ipso instanti reali intrinseco animationis: nam in illo primo instanti reali, quo Deus creavit Angelos, dedit eis gratiam, ut docet Angelicus Doctor 1. part. q. 62. art. 3. in corpore, juxta illud D. August. erat Deus condens naturam, & largiens gratiam. Et Sol in eodem instanti reali quo creatur illuminat, ergo cum D. Thomas non explicet, qualis fuerit antecedentia animationis ad gratiam, intelligendus est de quadam prioritate naturæ, com. tom fuerit in eodem instanti reali; si hoc conceditur in Angelis, cur erit negandum Regine Angelorum juxta doctrinam ipsius Sancti Doctoris, ac omnium Patrum, & quia semper Virgini Mariæ tribuendum est, quod magis est ad ejus gloriam, & honorem. Cum ergo D. Thom. ait: Quod ante infusionem animæ rationalis B. Virgo sanctificata non fuit; non negat quod in eodemmet instanti reali infusionis animæ potuerit sanctificari ad quod sufficit prioritas naturæ in anima, ut de Angelis docet ipsemet Angelicus Doctor.

133. Ea, quæ Sanctus Doctor docet ad primum argumentum nil faciunt contra nos. Ad secundum respondet, quod si admittatur animam B. Virginis non fuisse contagio originalis peccati inquinatam, hoc derogaret dignitati Christi, quia jam ipse non esset universalis Redemptor, ac B. Virgo ab ipso non diceretur redempta. Respondeo, quod ad hoc ut Christus D. sit universalis redemptor, & Deipara ab eo redempta, sufficit, quod ipsa habuisset debitum peccati originalis, à quo fuit liberata meritis Christi D. quamvis nullum tale peccatum realiter in se habuisset, sic dicitur de Davide Psal. 143. n. 20. Redemisti David servum tuum de gladio maligni, id est Goliath, vel Saul; & tamen David nunquam à tali gladio fuit vulneratus, sed tantum divina gratia liberatus; & hoc sufficit ut dicatur redemptus ab illo; & cum juxta D. Th. 3. p. q. 78. art. 1. ad 3. datur malum; & debitum illius, & sufficit liberari à malo, vel debito illius, ut dicatur redemptus. Sic concludit citato loco loquens de redemptione per Christum. Liberari autem à malo, vel à debito absoluti non potest, nisi qui debitum incurrit, vel in malum

134. dejectus est; ergo cum in malo, seu peccato culpa, vel ejus debitum considerandum sit, cum in præsentia Angelicus Doctor loquatur de peccato originali; & non explicet, an loquatur de ipso peccato, vel debito. De debito est exponendus, ut ipse se explicavit, de quo dicam statim in hac quest. & cum hoc sufficiat, ut ipsa sit, & dicatur redempta à Christo Domino.

135. Ad tertium ait D. Th. quod Ecclesia Romana non celebrat festum Conceptionis, sed tolerat consuetudinem aliquarum Ecclesiarum, quæ tale festum celebrant; ex quo bene inferitur, quod si S. Doctor modo vidisset, quod Ecclesia Romana non solum modo celebrat festum Conceptionis, sed etiam præcipit cum multa solemnitate sine dubio hanc nostram sententiam magis expressisset ac declarasset. Et addit S. Doctor ibid. ad 3. Quod celebratur festum sanctificationis ejus, potius quam Conceptionis. Ait Fr. Ioan. à D. Thoma citat. §. ad 2. quod illa restrictiva potius non negat celebrari etiam festum Conceptionis. Dico tamen, quod præclarissime, ac sapientissime ait S. Doctor, quod potius celebratur festum sanctificationis, quam Conceptionis; si sumatur ipsa Conceptio præcisè: ac nude sumpta à gratia, quia Conceptio celebratur, prout in ipso primo instanti animationis fuit cum gratia, justitia, ac sanctificatione, proindeque non celebratur Conceptio abstractivè sumpta, ut ita dicam, sed prout fuit cum sanctificatione, ac gratiæ infusione.

136. Quod hæc vera sit expositio, ac intelligentia mentis D. Thomæ. Quadroplici probo arguimento. Primo, quod in hac materia de peccato originali circa Deiparam, ipse Angelicus Doctor non loquitur de peccato realiter contracto, sed debito ipsius peccati, ita ipse S. doctor explicavit mentem suam. Nam Faustinus Episcopus Paduensis an. 1400. cum pertractasset aliquas quæstiones ad 3. p. totus admirabatur Angelicum Doctorem docuisse opinionem minus piam. Tunc ei apparuit S. Thom. etque dixit: Scito Domine Episcopo, quod quando talem opinionem posui, solum habui respectum ad divinum statum, quo beata Virgo peccatum originale contrahere debuerat, nisi per filium fuisset preservata, sed Dei filius matrem suam ab originali macula preservavit. Quam revelationem Episcopus declaravit suo Vicario Nicolao de Padua, & immediatè mandavit in suo Episcopatu celebrari solemniter festum Conceptionis, ita referunt Bostos p. 1. serm. 3. Guerrero del Espinar concordia. 15. §. 4. Ioan. Tamayo de Salazar in opere S. Epitaphii. p. 259. Ioannes à Fonte in allegat. pro Concept. fol. 16. & ab omnibus revelatio habetur pro certa.

137. Probatur secundo, ex argumento evidenter deducto, ex doctrina D. Thom. ipse 1. p. q. 27. art. 2. & in 3. quest. unica, art. 1. Deiparam natam fuisse gratia præditam ex hac ratione probat, Ecclesia non solemnizat nisi pro aliquo Sancto; solemnizat autem natiuitatem Virginis; ergo Sancta nata est. Ex qua doctrina D. Thomæ aperte sequitur hæc ratiocinatio: Ecclesia non celebrat nisi pro aliquo Sancto; solemnizat autem Conceptionem Virg. Mariæ; ergo Sancta concepta est. Nulla enim inter verum discursum apparet diversitas.

138. Probatur tertio, satis vulgare est apud Theologos, & iustas, quod quando unus Textus

139. Ioannes à D. Thom.

140. Petrus de Alva. Doctores plusquam sex millia.

141. Idemque omnes divini Verbi Prædicatores in limine suæ conceptionis evocant, & dicunt Sacratissimam Deiparam fuisse absque originali labe conceptam in primo suæ Conceptionis instanti, & absque hoc exordio proclamato, nulli licet concionem in aliqua Ecclesia habere, quod etiam jucundissime observant omnes ex illustrissima, ac Religiosissima Prædicatorum familia concionatorum in tota Hispania, anouentibus, ac præcipientibus Generalibus, ac Provincialibus Ordinibus, ut testatur Andreas Mendo in statuta opinionum Dissertatione 13. q. 1. §. 2. n. 10.

142. Ferè in triginta Academiis Doctores, & Sylveira Opuscula.

tus videtur repugnare cum altero, ita est explicandus, ut unus cohæreat cum altero, nulla in eis sit contrarietas; 1. Præcipimus, in fine. Cod. de appellatione. De quo latè Saar. lib. 6. de leg. c. 1. n. 18. Salas disp. 2. 1. sect. 1. 3. n. 28. Bonacina tom. 2. disp. 1. de leg. q. 1. punct. 8. n. 1. §. Secunda. Ut ergo dicamus quod doctrina Angelici Doctoris Principis Theologorum coheret cum Constitutionibus Apostolicis Sixti I V. Pauli V. Gregorii X V. Alexandri V II. quamvis post ipsam emanaverint, cum tamen illius mens fuisset, nec in minimo ab illis recedere; rectè à nobis est explicandus: ut cum talibus decretis inveniantur conformis

139. Quod Fr. Joannes à D. Thomâ citat. ait D. Thomam nullo in loco docuisse Sanctissimam Virginem Mariam contraxisse peccatum originale, nec negasse à Deo preservatam fuisse: sed solum statuisse communia, & generalia principia, ex quibus deducitur, quod si non daretur preservatio gratiæ à labe originali non fuisset immunis, non resolvit, nec determinat, an talis gratia de facto fuisset concessa, & idem affirmat Seraphinus Porrecta.

QUESTIO XVIII.

Veritas immaculatae Conceptionis firmatur à gravissimis Theologis in Amplissimo milliaro, & à præstantissimis academiis, Imperatoribus, Regibus, ac Dynastiis.

140. Materia hujus quæstionis multa, & amplissima requirit volumina, quia tamen hæc tanquam in Compendio epilogamus, breviter attingo, & hæc multa majori ex parte pertinent ad varias historias, & Chronicas magnorum Principum, quæ ibi latius videri possunt.

141. Imprimis Doctores Theologi multum magno studio, alta discussione, magnæque examine Sacrae Scripturæ, Sanctorumque Patrum studio laborarunt, inde de hac re multa volumina, variisque Tractatus prodierunt, & in tanto numero sunt, ut ex sacris Religionibus Auctores, qui pro veritate de immaculata Conceptione pugnant, & suis scriptis sunt Petrus de Alva in Sole veritatis plusquam sex millia, & quinquaginta referat. Ex illustri familia Prædicatorum centum quinquaginta, & ex nostro Carmelitano Ordine plusquam ducenti annumerari possunt; & sic in magno numero ex quolibet sacro Ordine.

142. Idemque omnes divini Verbi Prædicatores in limine suæ conceptionis evocant, & dicunt Sacratissimam Deiparam fuisse absque originali labe conceptam in primo suæ Conceptionis instanti, & absque hoc exordio proclamato, nulli licet concionem in aliqua Ecclesia habere, quod etiam jucundissime observant omnes ex illustrissima, ac Religiosissima Prædicatorum familia concionatorum in tota Hispania, anouentibus, ac præcipientibus Generalibus, ac Provincialibus Ordinibus, ut testatur Andreas Mendo in statuta opinionum Dissertatione 13. q. 1. §. 2. n. 10.

143. Ferè in triginta Academiis Doctores, & Sylveira Opuscula.

L. Præcipimus. Saar. Bonacina.

139. Ioannes à D. Thom.

140. Petrus de Alva. Doctores plusquam sex millia.

141. Idemque omnes divini Verbi Prædicatores in limine suæ conceptionis evocant, & dicunt Sacratissimam Deiparam fuisse absque originali labe conceptam in primo suæ Conceptionis instanti, & absque hoc exordio proclamato, nulli licet concionem in aliqua Ecclesia habere, quod etiam jucundissime observant omnes ex illustrissima, ac Religiosissima Prædicatorum familia concionatorum in tota Hispania, anouentibus, ac præcipientibus Generalibus, ac Provincialibus Ordinibus, ut testatur Andreas Mendo in statuta opinionum Dissertatione 13. q. 1. §. 2. n. 10.

142. Ferè in triginta Academiis Doctores, & Sylveira Opuscula.

143. Ferè in triginta Academiis Doctores, & Sylveira Opuscula.

Magistri veritatem de Immaculata Conceptione Virginis Mariæ jurant semper defensori, ac pro illa propugnatori. In Hispania in Salmantina, Conimbricensi, Complutensi, Valisoletana, Eborensi, Granatensi, Oxoniensi, Ovetensi, Compostellana, Olutrensi, Bæzæna, Onatrensi, Cæsar-Augustana, Valentia, Oscensi, Gandiensi, Barcinonensi, Tarracoenensi, illendensi; in Oriente, Basiliensi, Mexicana Limesi, in Germania, Gallia, Italia, & Belgio; Parisiensi, Moguntina, Coloniensi, Viennensi, Tolosana, Lovaniensi, & Neapolitana, & in Anglia, etiam, cum olim in ea Religio Catholica effloretet, Oxoniensi, & Cantabriensi. Quod latè adducit, & formas juramentorum ab Academiis præstatar, Valasquez de Maria Immaculata, lib. 4. dissertat. Adnotation. 1. & 2.

144. Pro tuenda etiam pura, & immaculata Virg. Mariæ Conceptione stant omnes Principes sæculares, Imperatores. Leo Imperator orationem de immunitate Sancti. Deipare composuit de qua sæpe fit mentio in hoc Tractatu, & Baron, in notis ad Martyrologium die 8. Decembr. Imperator Emmanuel Comnenus legem tulit, ut dies Conceptionis inter festos reponeretur. Joannes Imperator immunitatem Virginis publicè confessus est, ut habet Cantacuzenus Apologia 3. Ferdinand, Imperator II. multa privilegia, ac immunitates concessit. Congregationi de Immaculata Conceptione. Ferdinandus III. de Consilio Episcoporum fecit ut festum Immaculatae Conceptionis prævio jejunio celebraretur, & ipsam Patronam totius Austriae Imperii suscepit, ut scribit Guillelmus Comes Illavita in libello seu cartha typis excussa Vienna anno 1638.

145. Reges Hispaniarum valde conspicui fuerunt in hac devotione erga Sacratissimam Virginem. Ex Regibus Gotis Sisinandus, monuit Concilium Toleraum I V. ut inter officia Ecclesiastica reponeretur Officium Conceptionis B. Virg. quod dicitur compositum à S. Ildoro. Rex Aragoniæ Jacobus vulgò Jayme, ordinem B. Virg. de Mercede in honorem Immaculatae Conceptionis erexit. Joan. II. Aragoniæ anno 1461. publico edicto cavuit ne quis tueretur opinionem contrariam. Reges Catholici Ferdinand. & Elizabetha post obtentam Granatam, illustrem Ecclesiam fabricarunt: & obtento novo orbe primas duas insulas nomine Salvatoris, ac Conceptionis nuncuparunt. Rex Carol. V. Augustus Imperator confraternitatem Conceptionis suæ rescripto firmavit, & multis privilegiis munivit. Hæc omnia apud Perum de Oleda in informatione Ecclesiastica. c. 5. & 8.

146. Philippus III. Hispaniarum Rex epistolas anno 1617. scripsit ad omnes Archiepiscopos, Episcopos, ac Universitates, ut definitionem immunitatis B. Virg. Mariæ à Summo Pontifice instantè cflagitarent, & super hæc re misit Romam Fr. Antonium de Trejo Episcopum Carthaginensem, & Fr. Anton. de Trejo Episcopum Accitanum si esset necessarium se Romam aditurum, omnibus Regni sui negotiis posthabitis ad pedes Summi Pontificis pro definitione impetranda. Parentis vestigia secutus Philippus IV. Magnus cognominatus, & revera Magnus nomine, & re inauguratus Rex statim ad Summum Pontificem Gregor. XV. per litteras Y y 3 die

Triginta Academiis.

Valasquez.

144. Imperatores.

Guillelm.

145.

Oleda.

146. Philip. III.

die 10. Novembris anno 1621. postulat definitionem hujus mysterii, & sequenti anno 1622. die 14. Iulii gratificatur Pontificem, eo quod præcepisset in divinis Officiis nomen Sanctificationis expungi, & Conceptionis apponi, & quod nec publicè, nec privatè contraria opinio diceretur, ac evulgaretur. Videatur Armentarium Seraphicum in Regesto col. 315. Tandem misit Oratorem Ludovicum Episcopum Placentinum ad Alexandrum Septimum, qui anno septimo sui Pontificatus die 8. Decembris 1661. Qui dedit illam magnam, & amplam constitutionem in hac re, de qua egi supra, quest. 14.

147. Reges Gallie semper valde pio, & magno desiderio evaserunt erga hoc mysterium puræ Conceptionis Virginis Carolus VI. decrevit, nullum confessorium sibi assumere ex illis, qui opinionem piam de Conceptione Virginis non sequerentur, & hæc de causa à se repulit Guillelmum de Valone illustri Dominicanæ familia Episcopum Ebroicensem, eo quod ex animo non assentiret sententiæ Immaculæ Conceptionis, ut testatur Spondanus in Annalibus ad annum 1397. n. 7.

148. Reges Portugallie ardenti animo semper inflammati sunt in hac devotione erga Virginem Mariam, qui semper in materia Religionis valde præstantissimi fuerunt. Rex Joannes Primus cœnobio Monialium sub titulo Conceptionis, multa concessit privilegia Rex Emmanuel multas in toto Regno fabricavit Ecclesias consecratis Conceptioni Virginis Mariæ, ut refert Episcopus Ozorius de rebus gestis Emmanuelis. Rex Joannes, qui Academiam Comimbriensem instituit festum Conceptionis decrevit celebrari ab ipsa Academia solemniter, conclamante tota Academia, & illustrem Ecclesiam sub nomine conceptionis in hac Olyssiponensi civitate edificavit. Rex Sebastianus peculiari cultu, ac solemnitate festum Conceptionis celebrabat. Rex Henrique Cardinalis Ecclesiam Conceptionis ad majorem sui opulentiam, ac concursum instituit insignem Parochiam. Rex Ioan. IV. Virginem Conceptionis totius Regni Patronam suscepit: subque decreto constituit, ut nullus in toto suo Regno admitteretur ad aliquem gradum, magistrum, ac dignitatem, nisi prius facto juramento tuendi, ac defendendi Immaculatam Conceptionem Virginis Mariæ.

149. Insignis Connestabilis Regni Portugallie Dominus Nufesius Alvarez Pereira, origo omnium Regum Europe, ac fundator istius Conventus Olyssiponensis, qui in eo habitum nostræ Religionis suscepit, in eoque professionem emisit. In Villa Vigosa edificavit Monasterium Monialium sub titulo Conceptionis, & extitit prima Ecclesia in toto hoc Regno, tam sacro nomine insignita.

150. Ecce totus orbis pugnat, & tuctur sacram Immaculæ Conceptionis mysterium Apostoli, eorumque discipuli, Pontifices, Concilia Generalia, Patres, Traditio totius Ecclesie, Doctores, & Theologi, Academia totius orbis, Imperatores, Reges, Dynastæ ac Principes Cantic. 3. n. 7. scribitur: En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël. Syrus vertit Gigantes ex Gigantibus

Armen.

Spondanus.

Joan. Prius.

Ozorius. Joan. III.

Nufesius Alvarez Pereira

Totus orbis pugnat uno affectu pro Conceptione.

Cantic.

Syrus.

Israël. Et subdit Textus: Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi, unusquisque ensis suus per femur suum propter timores nocturnos. Per quos significatur peccatum originale Job. 3. nom. 3. Et nox, in qua dictum est, conceptus est homo. Quod tamen mihi facit magnam difficultatem, quia Septuaginta ita transferunt, Omnes tenentes gladium docti ad bellum, si sunt sexaginta fortes ex fortissimis Israël, quomodo in eis unus tantum gladius reperitur; etsi multi sint Patres, Doctores, ac Reges ad custodiendam lectulum veri Salomonis, nempe Sanctissimam Mariam Virginem à timoribus nocturnis peccati originalis, tamen in eis est unus tantum animus, unus devotionis affectus, una tantum veritatis ratiocinatio super femur suum, ad evaginandum hunc devotionis ac affectus gladium, quoties occasio se obtulerit, ut nihil prætermittatur pro defensione.

Cantic. 1. n. 6. dicitur: Filii matris mee pugnaverunt contra me. Ex Græco Septuaginta cum ablativo legunt, Pugnaverunt pro me, seu supra me. Et quomodo pugnant pro ea, explicat Otgenes homil. 2. ex quatuor, & ait cum ab adversariis potestatis gravissimè contra me moverentur pugnæ, Angeli sancti pugnaverunt in me. Qui pro conceptione pugnant Angeli sunt, filii cœlestis Curie.

QUESTIO XIX.

Veritas Immaculæ Conceptionis stabilitur à divina Omnipotentia multis revelationibus, ac miraculis.

Sæpè jam notavimus quod à divino Sponso sacratissima Virgo appellatur Hortus conclusus soror mea hortus conclusus. Cantic. 4. num. 11. Cur tam reperitis vicibus eam hortum dicit. Cur non potius campum, agrum, vineam, quæ multoties inserviunt ad magnam utilitatem & pinguedinem; tamen est magna in eis differentia. Nam campus, ager, vinea dant suos fructus certo, & determinato tempore, ut arbor illa, quæ est plantata secus decursus aquarum, cujus fecunditas exaggeratur, fructum dabit tempore suo. Inde rectè Deipara non ager, non campus, non vinea nominatur sed hortus, qui semper perpetuo, ac incessanter vernat, flores, & perpetuis fructibus semper autumnat ex quo aptè Deipara hortus dicitur: nam illa absque ulla temporis determinatione solum divinum Sponsum invitat, Ut veniat in hortum suum, & concedat fructum pomorum suorum Cantic. 5. num. 1. Ad quæ verba præclare ait Rupert. Hortus dicitur quod semper ibi aliquid oriatur, quia cum alia terra semel in anno aliquid creat, hortus nunquam sine fructu est. Unde ergo hortus es tu o dilecte dilecti? Perbelle Virgo Deipara non ager, non vinea dicitur. Quia alia terra semel in anno aliquid creat. At Deipara est hortus, quæ singulis vitæ annis, mensibus, diebus, horis, ac momentis semper, & incessanter flores, & fructus gratiæ in nos germinat, & producit. Hortus nunquam sine fructu est. Tamen in rem nostram Hailgunus Maria hortus conclusus

Job. 3.

Septuag.

151. Cantic. 3. Septuag. Qui pugnand pro conceptione Angelis suis.

152. Cantic.

Psalm. 11

Cantic. 5. Rupertus.

Deipara incessanter in auxilium nostrum.

Cantic. Hailgunus conclusus

elusus munitus turve Davidis, cum propugnaculis, ac armatura fortium. Cantic. 4. num. 4. Pro amaura fortium, alii legunt armatura fortitudinis. Cornelius ex Hebræo armatura scuti. Quod significat divinam Omnipotentiam, Scuto circumdabit te veritas ejus. Psalm. 90. v. 5. Guarinus legit. Edificata est ad propugnandum. Besson apud Bibliam Maximam ad suspendendos gladios, seu jacula adversariorum contra suam puritatem Originalem, & contra eos, qui gladiis, seu jaculis suorum argumentorum eam intendunt maculare. Munita est armatura fortitudinis scuti divinæ Omnipotentie, scilicet Scripturarum Pontificum, Conciliorum, ac Patrum, & etiam cum revelationibus, ac miraculis in ejus defensionem.

Psalm. 90. Guarin. Besson. Conceptio armata contra jacula argumentorum.

153. Heigira. Elias.

Amadeus. D. Thom.

154.

Deilus.

Lezana.

Mcaldia.

Blohus. Caosius. Ir. Joseph.

155. D. Arelia.

Saavedra.

156. Sylvanus.

stus Dominus: Miraris Christiana honorem, qui ab Angelis hodie Mariæ gloriolæ exhibetur & qua induta est veste, sed scito hodie agi in celo celebritatem Immaculæ Conceptionis ejus, qua me deinde concepit, ac peperit verum Deum, ac hominem. Alteram similem visionem factam cuidam Moniali refert Bustus sermone de Concep. & Guereco concordia 15. & aliz revelationes circumferuntur, quas omitto.

Miracula.

Miracula à solo Deo fieri possunt. Qui facit mirabilia solus. Psalm. 71. num. 18. Psalm. 135. num. 4. Quoniam magnus es tu, faciens mirabilia, tu es Deus solus. Psalm. 81. num. 19. Cum ergo miracula sint à solo Deo, tantum possunt fieri ab eo in comprobationem veritatis, & nullomodo falsitatis, proindeque quodlibet miraculū certissimum est testimonium veritatis, indeque maximè verificatur infallibilis veritas Immaculæ Conceptionis tot, ac tantis miraculis à Deo testificata, ac demonstrata. D. Anselmus in epistola ad Episcopos Angliæ, tria scribit miracula, & ex eo illa refert Noster Bachonitanus in 4. dist. 2. quest. 4. artic. unio. & Primum est Abbas Helinus cum ceteris navigantibus liberatis à tempestate maris, de quo proximè egi in hac questione. Secundum est quod cum quidam Sacerdos rediret ab adulterio præsolatis horis Canonicis B. Virginis à dæmonibus submersus est in fluvio Secane. Post tertium diem veniens Sacratissima Virgo eum resuscitatum adduxit incolumem ad ripam. At ille ad pedes ejus prostratus dixit: Quid pro tot beneficiis retribuam? Respondit Dei Mater Conceptionis meæ festum octavo die Decembris celebres, & prædices celebrandum. Ecce magnum, & insigne miraculum, Tertium miraculum. Cum quidam Diaconus Germanus Regis Hungariæ, de consilio parentum veller nubere, & cum recitasset Officium B. Mariæ Virginis, ac dixisset illam Antiphonam: Pulchra es, & decorata filia. Jerusalem subito apparet sancta Dei Genitrix dicens: si ego pulchra sum, cur me dimittis, & aliam accipis? At ille, quid vis Domina, ut faciam. At illa si Conceptionis meæ festum octavo die Decembris annuatim celebres, & celebrandum prædices, in regno unigeniti mei eris locatus. Ille postea factus Monachus, & Patriarcha Aquilegiæ festum Conceptionis celebravit, ac celebrandum prædicavit, ac præcepit.

Quartò Concionator quidam in Orbe Tholoza Galia prædicavit contra Immaculatam Conceptionem Virginis, & finito sermone accessit ad Altare S. Michaëlis, in quo erat imago marmorea Deiparæ Missam celebraturus, & cum ad sacram Imaginem oculos elevasset. Tunc ipsa divina Imago marmorea caput ad latus flexit, & sic usque in hodiernum diem parmanet, eum aspicere designata & ille amisit visum, & promittens contrarium semper dicere, & prædicare, visum iterum recuperavit. Et Joannes Americus in concione habita ad Concilium Tridentinum affirmavit aliquos Prædicatores ab similem causam graves morbos, ac labores fuisse

Bustus. Guereco.

D. Anselm. Bacon.

Trin magno miraculo.

158.